ducum. et ululatum exercitus. Numquid per
ſapientiam tuam plumeſcit accipiter
Expandens expandit alas ſuas ad auſtrum.
Aut ad preceptum tuum eleuabitur aquila.
et in arduis ponet nidum ſuum. In petris
manet. et in preruptis ſilicibus commoratur.
atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur
eſcam. et delonge oculi eius pſpiciunt. Pulli
eius lambunt ſanguinem. et ubicumque fuerit
cadauer ſtatim adeſt. Et adiecit dominus et
locutus eſt ad iob. Numquid qui contendit
cum deo tam facile conquieſcit. Utique qui
arguit deum. debet reſpondere ei. Reſpon
dens autem iob domino dixit. Qui leuiter locutus
ſum. reſpondere quid poſſum. Manum
meam ponam ſuper os meum. Unum locutus
ſum quod utinam non dixiſſem. et alterum
xl. quibus ultra nichil addam. Reſpondens
autem dominus iob de turbine ait. Accinge
ſicut uir lumbos tuos. interrogabo te et
indica michi. Numquid irritum facies iudicium
meum. et condempnabis me ut iuſtifice
ris. Et ſi habes brachium ſicut deus. et ſi
uoce ſimili tonas. circumda tibi decorem.
et in ſublime erigere. et eſto glorioſus. et ſpe
cioſis induere ueſtibus. Diſperge ſupbos in
furore tuo. et reſpiciens omnem arrogan
tem humilia. Reſpice cunctos ſupbos
et confunde eos. et contere impios in lo
co ſuo. Abſconde eos in puluere ſimul.
et facies eorum demerge in foueam. et
ego confitebor quod ſaluare te poſſit dex
tera tua. Ecce beemoth quem feci tecum.
21 fenum quaſi bos comedet. Fortitudo eius
in lumbis eius. et uirtus illius in umbili
co uentris eius. Conſtringit caudam ſuam
H quaſi cedrum. nerui teſticulorum eius perplexi
ſunt. Oſſa eius uelut fiſtule eris. cartila

gladium eius. Huic montes herbas f[…]
omnes beſtie agri ludent ibi. Sub um[…]
dormit in ſecreto calami. et locis hum[…]
Protegunt umbre umbram eius. Circu[…]
dabunt eum ſalices torrentis. Ecce ab[…]
bebit fluuium. et non mirabitur. Habet [fi]
duciam quod influat iordanis in os e[ius]
In oculis eius quaſi hamo capiet eum[.]
et in ſudibus perforabit nares eius. An e[x]
here poteris leuiathan hamo. et fune l[iga]
bis linguam eius. Numquid pones [cir]
culum in naribus eius. et armilla perfora[bis]
maxillam eius. Numquid multiplica[bit]
ad te preces. aut loquetur tibi molli[a]
Numquid feriet tecum pactum. et acc[ipi]
es eum ſeruum ſempiternum. Numqu[id]
illudes ei quaſi aui. aut ligabis eum [an]
cillis tuis. Concident eum amici. [diui]
dent illum negociatores. Numquid [im]
plebis ſagenas pelle eius. et gurguſti[um]
piſcium capite illius. Pone ſuper eu[m]
manum tuam. memento belli. nec ultr[a]
addas loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabi[tur]
eum. et uidentibus cunctis precipitabi[tur]
Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Qu[is]
enim reſiſtere poteſt uultui meo. Q[uis]
ante dedit michi ut reddam ei. Omni[a]
que ſub celo ſunt mea ſunt. Non par[cam]
ei uerbis potentibus. et ad deprecandu[m]
compoſitis. Quis reuelabit faciem indu[men]
menti eius. et in medium oris eius quis
intrabit. Portas uultus eius quis aperi[et]
Per girum dentium eius formido. Cor[pus]
illius quaſi ſcuta fuſilia. et compactum
ſquamis ſe prementibus. Una uni coniungi[tur]
et ne ſpiraculum quidem incedit per e[as]
Una alteri adherebunt. et tenentes
ſe nequaquam ſeparabuntur [illegible]

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/98, fol. [2]r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68052)